



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

11 Februarij. 3 Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

tutibus. Sic & pro vita aeterna tota pietate, & toto nobis orandum est desiderio; ubi nimirum corporis & anima plena & perfecta sit beatitudo.



II Februarij. 3 Idus.

B NICOLAE; Igniacensis cœnobij *Floruit*
 monache, multis virtutibus, ac cœli *anno*
 favoribus clare. Qui incredibili parci- *1161.*
 tate cibi ac somni, alijsque carnis ma-
 cerationibus securam, quamvis spino-
 sam, tibi ad astra viam stravisti. *Sis &*
mibi dux vitæ per illam angustam viam
ad cœlum: maximè verò tunc manum por-
rige, cùm præcipitia, id est peccandi occasi-
ones occurrunt.

B. HENRICE, monasterij, quod *Præfe-*
 Vitæ Schola nuncupatur, Abbas, illuc *ctus añ.*
 ex sanctissima vitæ Religiosæ schola à *1158.*
 Gymnasiarcha BERNARDO desti-
 nate: nec sinè vaticinio. Nam cùm tibi *Vatici-*
 in Claravalle tyroni inter nonaginta *niū S.*
 sodales primo, dulcissima sua manu, *Bernar-*
 frustum casei pro refectione appone- *di.*
 ret; his verbis te suaviter affatus est: *Co-*
mede, inquit, frater; grandis enim tibi
restat via. Cui oraculo fidem fecisti,
 quando in ultimam usque Daciam Ci-
 sterci-

Scien-
tia san-
ctorum

stercienne Institutum intulisti, ubi vix aliqua Christiani nominis notitia inveniebatur. *Etiā mihi grandis restat via, ad regionem longinquam immense eternitatis: in qua vel in uno ultimo vite puncto, error est nunquam emendabilis. Tam immane periculum ut securè superem; erudi me in vite schola: doce me scientiam sanctorum, quæ in hoc uno consistit, ut discam piè vivere, & sanctè mori.*

S. BERNARDUS, ser. 42. de divers.

Felici-
tas
patriæ
celestis

O regio sublimis, plena divitiarum! De valle lachrymarum suspiramus ad te: ubi sapientia sinè ignorantia: memoria sinè oblivione: intellectus sinè errore: ratio sinè obscuritate splendet.

(☉)(☉)(☉)(☉)§(☉)(☉)(☉)

12 Februarij. Pridie Idus.

Circa
annum
1220.

B. NICOLAE, qui in Gemblacensi asceterio sub D. Benedicti Regula nigri coloris habitum, sed cor virtutū nitore candidum gestabas. Desiderio autem perfectissimi utrimque candoris, albam cucullam in Villario induens, novum amictus decorem, novo sanctitatis augmento exornasti. *Doce*

me